



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaë, 1661

Quarta causa. Quarta quis accuset, quis possit testificari. Sex quæstiones quartæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Arundem. Sicut enim in primo lib. codicis, etc. de a ordine c...

3 ps. g. Causa d vero libertate terminata, si servus pronun...

mitti, qui postquam excommunicatus fuerit, in ipsa ad-...

¶ Ad accusationem prohibentur. A concilio ab his hab...

C. 11. ¶ Heretici prohibentur, qui schismate, vel...

Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem...

Qvōd autem hi, qui à jam facto fratre, & commin-...

CAUSA IV.

¶ Videm in excommunicato constitutus, Episcopi...

1. Hoc primum queritur, an in excommunicatione constitutus...

2. Secundò, an infra decimum quartum annum in criminali...

3. Tertio, an ab accusatione prohibitus, personam significanti...

4. Quarto, an etiam possit esse accusator, & testis.

5. Quintò, an de constituta non occurrens, à communiõne...

6. Sextò, si in Episcopatum iudicio accusatoris persona culpabilis...

QVÆSTIO I.

DE prima quæstione sic statuta legitur in primo & secun-

C. 1. ¶ Ad accusationem non admittitur, qui in...

D. hincimus g cum recte ad accusationem non ad...

2. An si lib. d. 91. v. 94. p. 14. s. 78.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Quemadmodum & Balsamon interpretatur. Simulans enim istam iuri fidem, quam oppugnat.

QUESTIO II. & III.

Secunda autem, & tertia questio eodem concilio Carthaginiensi septimo a, uno eodemq; capitulo quarto determinatur.

Illud verò est huiusmodi.

C. I. Qui ab accusatione repellitur, aut ad annum 14. nondum pervenerit, testes esse non possunt.

Testes b autem ad testimonium non admittendos esse censemus, qui nec ad accusationem admitti precepti sunt, vel etiam, quos ipse accusator de domo sua produxerit. Ad testimonium autem infra annos quatuordecim etatis sue non admittantur.

C. II. De eodem. PALEA.

[Item ex concilio Maticensi 3. c. 6.]

Placuit d sancto conventui, ut testes ad testimonium dicendum pretio non conducantur, & ut qui que optimi & fideiiores in testimonium assumantur: ut is, contra quem testimonium e ferre debent, nullam eis possit afferre f calumniam, & ut nullus testimonium dicat, nisi ieiunans.

2 ps. Item in criminali causa.

[Produci testis non potest, qui ante in eum rem testimonium dixit.] sicut in 22. lib. ff. tit. de testibus lege 23. g. invenitur.

Item titulo eod. l. ob carmen. & ff. iuste.

C. III.

Si testes omnes ejusdem honestatis & existimationis sint, & negotii qualitas, ac iudicis motus cum his concurrat, sequenda sunt omnino h testimonia. Si vero ex his quidam eorum a aliud dixerint, (licet in pari k numero) credendum quidem est, sed quod nature negotii convenit, & quod inimicitie aut gratie suspicione caret: confirmabitque iudex motum animi sui ex argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora, & vero proxiora esse comperit. Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia quibus potius lux veritatis afficit.

Item lege secunda, ff. eod. In testibus fides, dignitas, mores, & gravitas examinanda est: & idè testes, qui adversus fidem testimonii suæ vacillant, audiendi non sunt. Item l. 3. Testium fides diligenter examinanda est: ideoque in persona eorum exploranda erunt imprimis conditio cuiusque, utrum quis decurio, an plebeus sit, & an honestæ, & inculpate vitæ, an verò quis notatus, & reprehensibilis, an locuples, vel egens sit, ut lueri causa quid facit admittat, vel an ei inimicus sit, adversus quem testimonium fert, vel amicus ei, pro quo testimonium dat. Nam si careat suspicione testimonium, vel propter personam, à qua fertur, quòd honesta sit, vel propter causam, quòd neque lueri, neque gratie, neque inimicitie causa fiat, admittendum est. Item eadem lege paulo inferiori.

3 ps. Lege Julia de vi cavetur, ne siac lege in eum testimonium dicere liceat ei, qui se ab eo, parenteve ejus liberaverit, quive impubes erit, quive iudicio publico damnatus erit, qui eorum in integrum restitutus non erit, quive in vinculis, custodiave publica erit, quive ad bestias, ut depugnet, se locaverit, quive palam quæstum faciat, feceritve, quive ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse iudicantis, vel convictus erit. Item l. quarta. Lege Julia publico-

a Et in Afric. c. 97. b C. l. 7. c. 101. Rabanus in pan. cap. 1. Burch. l. 16. c. 20. l. 100 p. 5. c. 364. Pann. l. 4. c. 23. c al. Maticensi. d extra de testib. c. 1. Bur. l. 16. c. 31. e al. testimoniarie. f al. inferre infamiam. g Tit. l. 1. produci. h al. omnia. i ab orig. k al. impari. orig. l testimonium. orig.

rum iudiciorum cavetur, ne invito denuntietur, ut testimonium litis dicat adversus foecerum, generum, fratrum, privignum, forbrinum, forbrinam, forbrinove natum, eosve, qui priorè gradu sint. Item, ne liberò ipsius, liberorumve ejus, parentum, viri, uxorisve. Item, a ut nec patroni, patronave adversus liberos, necq; liberti adversus patronum cogantur testimonium dicere. Cum b autem excipitur, ne gener, aut foecer, aut vitus testimonium dicere cogatur, generi appellacionis, sponsum filia quoque contineri placet. Item foecer, sponsæ Patrem. Item lege sexta. Idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest, ut testes fiant. Item lege septima. Servi responsio tunc credendum est, cum alia probatio ad eruendam veritatem non est. Item lege octava. Inviti e testimonium dicere non coguntur, sed, valetudinarii, vel milites, vel illi, qui cum magistratu recip. causa assumunt, vel quibus venire non licet. Item lege decima nona. Publicani etiam testimonium nec dicuntur inviti. Item is, qui non detrectandi testimonii causa aberit. Item is, qui exercitii prebenda a conduxerit. Sed nec pupillis testimonium denuntiare potest. Item l. 20. In testimonium accusator citate non debet eum, qui in iudicio publico reus est, aut qui minor viginti annis erit. Item l. 21. Ob carmen famosum damnatus, inestabilis fit. Item. Si re cogat, non tantum privati, sed etiam magistratus, si non consenti sint, testimonium dicant. Pretor quoque testimonium dare debet in iudicio adulterii causa. Si autem de rei conditio sit, ut arcanium testem, vel similem personam admittere cogatur, sine tormentis testimonium credendum non est. Item l. 24. Testes eos, quos accusator de domo produxit, interrogari non placet. Item l. 25. Patroni quoque in causa, cui pars testimonii præstituerunt, testimonium non dicant, quod & in eorum negotiorum observandum est. Item l. 26. Qui falsò e vel variè testimonia dixerint, vel usque parti prodiderint, à iudicibus comperite puniantur. Item l. 17. Pater & filius, qui in periculis reus est, item duo fratres, qui in ejusdem patris periculis sunt, testes utrique in eodem testamento, vel eodem negotio fieri possunt: quoniam nihil nocet ex ea causa plures testes alieno negotio adhiberi. Item l. 15. Euphrophidius f an ad testimonium g adhiberi possit, qualitas incalescentis sexus ostendit. Item l. 3. Nullus idoneus testis in re sua intelligitur. Item l. 4. Ad fidem rei gestæ faciendam etiam non rogatum testis intelligitur. Item l. 22. Vbi numerus testimonium non adicitur, h etiam duo sufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est. Item l. 3. In testibus considerandum est, qui simpliciter visi sunt dicere, utrum unum, eundemque, & præmeditatum sermone veritatem responderint. Item paulo inferiori. Ex parte sine publicis monumentis cuiusque rei veritas demonstratur, alias numerus testium, alias dignitas & auctoritas, alias veluti consentiens fama confirmat: rei quoque situr fidem. Non ergo ad unam professionem cognicionem statim iudex allegare debet, sed sententia animi sui existimare, & quid sui cretat, ut parum sibi probatum opinetur. Item paulo inferiori. Alia est auctoritas presentium testium, alia testiorum, quæ recitari solent. Item Codic. lib. 4. tit. 1. l. 2.

a Et orig. l. idem ex l. 1. b In testibus, quibus excipitur. c l. invit. 2. mutata est enim verborum significatio. d qui quid exercitii prebendum conduxerit. orig. f l. Reperitur paulo aliter. g al. falsa, vel varia. orig. h al. admittitur. i l. 2. num. g. testamentum. orig. h al. admittitur. l. 2. num. g. magis, sed paulo aliter. k al. affirmare. orig.

regibus l. 1. ¶ Sili testes ad ingenuitatis probationem
suo iuramento, nisi instrumentis, & argumentis adjuven-
tur. Item l. 2. ¶ Etiam iure civili domesticis testimoniis
satis approbatur. Item l. 3. ¶ Sola attestatio testimonii
probat, nec aliis legitimis administris causam approba-
re nullius esse momenti certum est. Item l. 4. ¶ Eos
testes ad ventrem adjuvandum adhiberi oportet, qui o-
mnem causam & potentiam filium religioni iudiciali debi-
tam possunt præparare. Item l. 5. ¶ Parentes & liberi
satis ad veritas se nec volentes ad testimonium admit-
tuntur. Item l. 6. ¶ Qui l. intendit, suæ intentionis
propterea debet afferre probationes, non petere adver-
sariæ ad exhibitionem eorum, per quos i sibi ne-
cessarium sit. Item l. 7. ¶ Servi neque pro domino, neque
adversus dominum, sed pro factio suo interrogari possunt.
Item l. 8. ¶ Iurisperiti religionem testes prius quam per-
hibere testimonium, coguntur, & honestioribus po-
tius testibus fides habetur. Vnus vero testimonium ne-
pro alium in quacunque causa facile patitur admitti:
tamen nisi respoñdo omnino non audiatur, etiam si
præcise causa honore præfulgeat. Item l. 9. ¶ Omnibus
iure propria dicendi testimonii facultatem iura submove-
rent. Item l. 10. Liberi & testes ad causas postulantur alic-
tiam, si deus, & participes criminis non dicantur, sed fides
ab eis non postuletur. Venturis f autem ad iudicium,
per accusatorem, vel ab eis, per quos fuerant postulati,
si proprii competentes ministrantur, etiam si in pecuniaria
causa ab altera parte testes producendi sint. Item l. 11.
¶ Liberi & liberi patronos sponte prodire non audeant,
sed ne vocati quem in iudicium venire cogantur. Item
l. 12. ¶ Si quis testibus utitur fuerit, iisdemque testes adversus
eum in alia lite producantur, non licet ei personas eo-
rum excipere, nisi ostenderit inimicitias inter se & illos
pater esse, ex quibus testes repelli leges præcipiunt:
non admodum scilicet ei licentia est ipsi depositionibus
rebutum eorum arguere. Sed & si liquidis proba-
tionibus datione, vel promissione pecuniarum eos corru-
pti esse ostendunt, etiam eam allegationem integram
si ferunt oportet.

¶ In hoc capite varias leges digestorum & codicum ita refer-
untur, ut utrum eadem proferat verba, interdum ve-
ro non accipiunt, & in summam redigunt. Ac plura quæ
dam locis separatim emendata, nisi ubi Gratianus de industria
mutavit.

¶ In vulgatis legibus, per quæ. Emenda-
te verba in scriptis, & lege ipsa, in qua agitur de exhibiti-
onibus, non eadem de editione instrumentorum.

¶ Cautum. ¶ Sic in aliquo manuscripto, quæ lectio
est verba legi, testari præcipimus, magis convenit, quam
verba testari, quæ erat in impressis.

¶ In quibusdam libris Braccii, h qui voce pueri triginta dies
ad probationem idonei probatus est. Sed miracula divina sunt
adhibenda, non in exemplum hominem adhibenda.

QVÆSTIO IV.

De quæstione Fabianus Papa, epist. 1. ad E-
piscopos orientales constituit, dicens.

C. I. ¶ Accusator & testis, vel iudex, aliquis
simul esse non potest.

Nullus si unquam præsumat accusator simul
esse & iudex vel testis: quoniam in omni iudi-

cio quatuor personas necesse est semper adesse; id est,
iudices electos, accusatores idoneos, & defensores con-
gruos, atque testes legitimos. Iudices 2 autem debent
uti aequitate, testes veritate, accusatores intentione ad
amplificandam causam, defensores extenuatione ad mi-
nuendam causam.

1 ¶ Idoneos] Apud Fabianum, & Burchardum, & Ivo-
nem hic locus ita habet, iudices electos, & accusatores, ac
defensores, atque testes. Verum, quia vocat ille, idoneos,
congruos, legitimos, sunt in omnibus votis codicibus Gra-
tiani, & Panormis, nihil est mutatum.

2 ¶ Iudices autem] Hæc verba in epistola sibi, neq, apud a-
lios collectores, nisi in Panormia.

C. II. ¶ Quilibet in causa duas personas gerere
non debet.

Item Damasus Papa, epist. 3. c. 7.

ij. ¶ Nullus a introducatur personaliter, sed accu-
satores & accusati æqua audiantur ratione, juxta
quod gestorum ordo exigit. Accusatores vero, & iudices
non iidem sint, sed per se accusatores, per se iudices,
per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabili-
ter ordine. 2 pars. ¶ Nam inscriptio in suo ordinabili-
ter ordine, ut rationem calumniator recipiat, quia ante inscriptio-
nem nemo debet iudicari, vel damnari, cum & sæculi le-
ges hæc eadem retineant.

¶ Ut Codice libro nono, titulo de accusationibus & inscriptionibus,
l. 7. & Codice, eodem libro, de adulterio, l. 6. & titulo de Abigeis, l.
unica. ¶ Aliquando etiam sine inscriptione accusatio fieri pot-
est. [Ea enim, quæ per officiales b præsidibus denuntiantur,
& circa silentia accusationum posse perpendi incognitum non est.]

¶ Item Codice de adulterio, l. 6. c. Si maritus iure mariti, hoc est,
intra sexagesima dies iuris adulterium uxoris suæ accusare voluerit,
quam ex susceptione sola ream facere valet, non contrahit vinculo
inscriptionis. Item C. de Abigeis, l. unica. [Abacti animalis
accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine observa-
tione proponitur.] ¶ Item Cod. de accusa, l. 1. [Si quis se inju-
riam ab aliquo possessione putaverit, & querelam deferre voluerit, non
ad statonarios decurrat, sed præsidem ad eam potestatem, aut li-
bellos offerens, aut querelas suas apud eum deponens.] ¶ In 1 alio
autem criminalibus causis dignum est, ut inscriptiones proponantur,
quæ magnitudinem videlicet criminis tempus, designent, ut alter-
utram partem digna legum terrore possit auctoritas.

1 ¶ In aliis autem] Lex 16. Cod. de accusis habet, in cau-
sis criminalibus, cætera vero eodem planè modo atq, à Gratiano
inferuntur.

2 ¶ Auctoritas] In vulgatis hic repetebatur versiculus, In-
scriptio, ex capitulo Damasii: sed abest a veterioribus codicibus,
& frustra repetitur.

De domo etiam iudicis accusator, vel testis produci non debet, ne
in causam suspicionis incidat iudex.

C. III. ¶ Suspicionis incidet in crimen iudex, de
cujus domo, vel accusator, vel testis
producitur.

Unde Nicolaus Papa ad Michaelem Imp. epistola, con-
iurii initium est, [Proposueramus.]

Contra ritum ecclesiasticum, contraque venerandas le-
ges producitur accusator de Imperialibus ædibus, &
cui imperari potest, ad falsum dicendum testimonium ad-
hibetur. Fiunt suspecti iudices, & mercenarii, & lupi cu-
stodes, qui videbantur esse pastores.

¶ Caput hoc emendatum est ex ipso originali Roma impresso.

a Poly. l. 5. tit. 1. Burch. l. 16. c. 31. Panorm. l. 4. c. 10. Ivo part. 6.
c. 337. b officium] orig. c Ea quidem. C. de accus. &
infort.



QVÆSTIO V.
De quinta verò questione in concilio Carthaginiensi III. c. 7. sic invenitur definitum.
C. I. ¶ Non est à communiōne suspendendus, qui die statuta ad causam venire non potuit.

Quisquis à Episcoporum accusator ad Primatem provincie ipsius causam deferat accusator. Nec à communiōne suspendatur, cui crimen invidetur, nisi ad causam suam dicendam, i electorum iudicium, die statuta, literis evocatus minime occurrerit. hoc est, intra spatium mensis ex ea die, qua eura literas accepisset confiterit. Quòd si e aliquas veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causis suis dicende intra alterum mensem integram habeat facultatem. Verùm tandiu post mensem secundum non communicet, donec purgetur. Sin autem nec ad concilium universale 2 occurrere voluerit, ut vel ibi causa ejus terminetur, ipse in se damnationis suæ sententiam dixisse iudicetur. Tempore sanè, quo non communicat, nec 3 in sua ecclesia, vel parochia communicet. Accusator autem ejus, si nunquam diebus causæ dicendæ defuerit, à communiōne non removeatur. Si vero aliquando defuerit subrahens se, restituito in communiōnem Episcopo, removeatur à communiōne accusator: ita tamen, ut nec ipsi admittatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere non noverit, d sed non potuisse probaverit.

- 1 ¶ Electorum iudicium] Iste dua voces absunt ab editione Coloniensi conciliorum in quatuor tomis.
- 2 ¶ Universale] In concilio ipse additur, anniversarium. quod in Africano concilio c. 62. ostenditur de universali concilio Africa esse intelligendum.
- 3 ¶ Nec in sua ecclesia] Sic in ceteris conciliorum editionibus, & codice canonum, & apud ceteros collectores. Sed in editione quatuor tomorum est, nec in sua plebecommunicet. Græcè, c. 19. legitur, μηδὲ ἐν τῷ ἰδίῳ ἐκκλησίᾳ, μηδὲ ἐν παροικίᾳ κοινοῦντο. id est, neque in propria ecclesia, nec in parochia communicabit.

QVÆSTIO VI.
Sexta verò questio eodem septimo capitulo concilii Carthaginiensis III. terminatur, in quo sequitur.
C. I. ¶ In civili, & proprio duntaxat negotio ad arguendum admittitur, qui in Episcopis accusatione culpabilis invenitur.

Illud verò placuit, ut cum agere cœperit in Episcoporum iudicio, si fuerit accusator persona culpabilis, ad arguendum f non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, vel i criminales afferere g voluerit.
C. II. ¶ Propriam causam agere valet, cui accusare non licet.
Item ex concilio Carthaginiensi 7. c. prope fidem.

Omnia, h quibus accusatio denegatur, in causis propriis accusandi licentia non est deneganda.
a Et Felix Episcopus ad Episcopos Gallie. b Anselm. l. 2. c. 122. Burd. l. 2. c. 106. P. 1. c. 270. P. 2. c. 106. c Anselm. 2. q. 9. §. 2. §. 2. d al. ubi iussit. e Anselm. l. 3. c. 121. Burd. ibidem. l. 2. c. 106. e. 2. d. 1. f al. ad accusandum, vel arguendum. g al. dicere. h l. 2. c. 106.

C. III. ¶ In accusatione Episcoporum delicta, civiliter tantum experiri.
Item Felix Papa omnibus Episcopis per Gallia provincias constituit, epistola secunda.

C. IV. ¶ De eodem.
Item Hadrianus Papa in capitulo, c. 3.

CAVSA V.

De infamiam cuiusdam Episcopi chartula accusatus occurrere confiteritur: tandem accusator in publicum. Episcopus autem semel literis evocatus, causa sua die statuta adesse non voluit, procuratorem iudicis se praesentavit, absque iudice a damnatur. Demum iudicio per appellationem negat de accusatoris inimicitia Episcopus conqueitur: tandem iudice abest accusator.
1 Primò queritur, qua pars sit ferendus, qui famulatum bellum clanculo scribens, probare negligi quæ mandavit.
2 Secundò, quare sit vocandus ad causam, antequam sententiam damnationis accipiat. b
3 Tertio, an per procuratorem causam suam agere valeat, si ipsius causa adesse non potest.
4 Quarto, an absque synodali auctoritate sit damnandus.
5 Quinto, an idem aliquis habendus sit iuratus, quæ tunc terius indicat.
6 Sextò, qua pars sit pleniendum, qui, quid iudicis, pleni valeat.

QVÆSTIO VII.
De prima questione Hadrianus Papa scribit in epistola, c. cap. 49. al. 30. dicens.
C. I. ¶ Flagellatur, qui scripta in alterius famam neglexerit probare.

Qui d in alterius famam publice i flagellatur, si verba contumeliosa confinxerit: & repetita non probaverit, flagellatur: & qui ea prius non rumpat, si non vult auctoris facti causam incurrere, i Publicè] Hadrianus, Capitulare Caroli, & l. 2. c. 106. in publico.

C. II. ¶ De eodem.
Item Gregorius I. epist. 29. f. c. 129.
Quia Castorium Notarium, ac responsalem nocturno silentio in publico i civitatis loco contumeliam posuit in ejus crimine loquentem, multumque de faciendâ pace callidè contradicentem. i quisquis veraciter loquitur, semetipsum innoxium non debet formidare, oportet, ut publicè creta, & cunctis in contestatione sua loqui praesumpserit, quidquid ille sit, qui hoc agere praesumpserit, sensum in tantæ iniquitatis consilio præbuit, quæ Domini nostri IESU CHRISTI spiritum delinuit, vatus sit. Si verò, quia lateret, & quantum teneat ad disciplinam f non valet, si tantum scius, etiam prohibitus, corpus ac sanguinem dicitur.

a 3. q. 10. c. fin. l. 2. p. 6. c. 213. b al. excipiat. l. 7. c. 361. d Anselm. l. 3. c. 88. l. 2. p. 2. c. 106. & p. 1. c. 106. p. 6. c. 381. f al. disciplina.] orig.